

D 2  
HERODOTI HAL-

CARNASSEI DE GENERE VI-  
TAQVE HOMERI LIBELLVS.  
CONRADO HERESBACHIO LA-  
TINITATE DONATVS.



PARISIIS  
Ex officina Simonis Colinæi.

1528



OMNIBVS NOBILITATIS  
 virtutumq; ornamentiſ cumulatiſ. viro  
 D. Ioanni Gograuiō , principis Cliuensis  
 consiliario, Conradus Heresbachius, S.

 Erodotus Halicar. præter nouē historiarū libros , quos Musarū nominibus inscripsit , cōpendiū quoq; reliquit , quo Homeri vitā complexus , id quod Suidas eiusdem poetæ vitam succincte suoq; more perstringens testatur . Nempe οὐ τελ θμηθετο ad finem , ἦρόδοτος , inquit , δισοεικός ἔχειται βίον δι μήρες μάλιστα ἡ τέλει ἀρμοδιώτηρ οὐ . Hunc libellū cum nuper latinum à me factum Herodoto apprimendū curassem , visum est quantulum id cunq; est tuis virtutibus consecrare , cū alijs plerisq; causis adductus . tum quod tu pro exactissimo tuo iudicio , proq; auita atq; innata integritate nō nisi castissimos authores delegas οὐκ ἀλαοσκοωτις Homero omnis virtutis eruditioſq; parenti ( vt Iustiniani verbis in pādectas prefantis utar ) tantū tribuas , adeoq; eius poetæ ingenio delesteris . vt identidem laxandi animi causa , Homeri carmina ad testudinem decantare cōſueueris : Maxime ve-  
 a.ij.

ro, quo dicamentum aliquod, atq; μυκμόσιον  
extruet necessitudinis nostræ olim inter pa-  
rentes nostros coalitæ : Sed quam nos iam  
inde à pueritia domi atq; peregre linguarū,  
meliorumq; studiorū commilitio firmatā,  
etiamnum in eandem principis nostri aulam  
asciti religiose fouemus . Nam vti nihil tum  
in omnibus obeundis negotijs, tum in aulis  
maxime principum suauius magisq; nece-  
sarium, quām fidus & syncerus amicus: Ita  
nulli sunt fermè amici, vel cōstantiores ma-  
gisq; fidi, minus fucati quām studiorū simili-  
tudine copulati. Bene vale , & hanc nostram  
qualēcunq; opellam boni cōfule, meq; quod  
facis mutuiter amare perge. Ex Hamboech.  
Nonis Nouemb. 1526.

HERODOTI HALICARNASSEI DE GENERE VITA  
ET AVE HOMERI LIBELLVS, A  
CONRADO HERESBACHIO LA  
TINITATE DONATVS.



Erodotus Halicarnasseus de genere, vita, atq; adeo ætate Homeri studens quamvera rissima referre, hæc tradidit: Cum vetusta illa Æoli, corum ciuitas Cuma primū Cuma, cōderetur eodem cum aliæ permultæ omniscq; generis conuenæ cōfluxerunt, tum è Magnesia illuc pleriq; cōmigrarunt: inter quos fuerat Melanopus Ithagenæ Critonis filio genit⁹, Melanus homo fortunæ non perinde amplæ, at tamen ex pus. peditæ, Hic Homyretis Cumani filiam duxit vxorem, procreatq; è legitimo toro fœmineā prolem, cui nomen indidit Critheidi. Moxq; ipse Melanus vna cū vxore vita functus est, cōmissa interim filia Cleonactis Argui tutelæ, quo familiarissime vti consueuerat. Porrò tempore intericto, accidit forte, vt puella ista è furtiuo concubitu prægnans deprehēderetur: id quod paulisper suppressum dū Cleonax resciuisset, vehemēter rei indignitate cōmotus, Critheida seorsum ad se accersitam acerbe obiurgauit, commemorans commissi apud populaires suos infamiam. Postremo huiusmodi quida

Chriteis

a.ij.

HERODOTI HALICARNASSEI

piam quo illam excuteret, comminiscitur: Cumani  
iam tum in Hermei sinus recessu ædificantes, vbi  
Smyrna Smyrnam ciuitatem extruxissent: Theseus enim  
Thefeus volens vxoris suæ memoriâ relinquere, ab uxoris  
nomine Smyrnâ appellavit. Quippe id uxori no-  
mē erat. Theseus autē è primarijs Thessalorū fuit,  
qui Cumā edificabāt, ab Eumelo Admeti filio ort⁹,  
vitæ facultatib⁹ apprime instruct⁹. Hoc loco Cleo-  
nax per occasionē Critheida obtrusit Ismenię Boeo-  
tio, ex his qui coloniam illuc duxerant in primis  
sibi amico. Progressu deinde tēporis, Critheis cū  
alijs mulierculis ad festum quoddam egressa, iuxta  
fluum Melitem, vt quæ partui iam vicina esset,  
Homerum peperit, non cæcum, sed videntem, no-

Melesī minatq; eundem Melesigenem à fluvio videlicet,  
genes. ad quem editus esset. Etiam num apud Ismeniam  
se Critheis continebat: à quo postea digressa, ma-  
nuaria industria se filiumq; alebat, aliunde alia su-  
mens opera: vnde filium quoq; quantū potuit, ho-  
nestis disciplinis erudiuit. Erat autem eo tempore  
Smyrnæ quidam nomine Phemius, qui iuuentuti  
illic literas musicenq; tradebat. Hic cū citra vxo-  
rem viueret, Critheidem conduxit, quæ lanam illi  
excereret, quam à discipulis mercedem acceperat.

Phemius Illa vero industria multa atq; elegantia freta, Phe-  
mio coepit impense placere, adeo, vt tandem Phe-  
mius eam verbis ad coniugium solicitaret, referēs  
cum alia quibus ei fidē facere confidebat, tum pre-  
cipue, quod Melesigenem in filiū esset adoptatu-  
rus, liberaliterq; simul & aliturus instituturusq;. Siquidem hūc cernebat iam miram quandā & in-

genij & indolis spem de se polliceri. Persuasa igitur Critheis, Phemio assentitur, Melesigenes cum naturae bonitate praestans, tum cura accedente institutioneque, continuo omnes sui ordinis adolescentes facile praeuertit: atque non ita multo post eruditionis auctibus crescens, nihilo ipso Phemio in disciplinis factus inferior. Et cum Phemius vita funetus, vniuersa ei legasset, paulopost Critheis quoque fato concedit. Melesigenes itaque ludo prefectus, suique iam iuris effectus, in magna fuit hominum admiratione, non apud suos modo, verum apud externos etiam, qui peregre frequentes illuc mercatus gratia conuenerant. Erat enim Smyrna emporium celebre, unde frumenta, quae eodem est vicinis agris abunde conuecta, a peregrinis coemebantur. Externi autem cum ab opere cessaret, Melesigeni liberenter vacabat. Commodum inter hos Mentes fuit Mentes nauicularius, qui est in finibus Leucadis soluens, nauem meritoriam in eius usum comparauerat, qua frumenta Smyrna deueheret, vir (quantum illa ferebat tempora) & eruditus, & multarum rerum usu exercitus. Hic Melesigenem persuasit, ut relicto ludo secum nauigaret, accepturum & mercedem, & quae ad profecionem essent necessaria. Adhac Melesigenes quamdiu iuuenis esset, ciuitates regionesque spectare operae pretium forte ducebat sibi, qui conscribenda poeseos iam argumentum in animo conceperat, qua nimirum occasione potissimum eum arbitror pellectum. Proinde relicto ludo cum Mente nauigabat Melesigenes: quoque cunctis locorum apulit, studiose vniuersa rimatus, contemplabatur si

a.iiij.

quid esset loci alicuius peculiare ac vernaculū, me  
**Cómen.** moratuq; dignum: adeo, vt appareat cōmentarios  
 tarij pro eum profectionis suæ descripsisse, eorūmque quæ  
 fectionis quoq; loco lustrando didicerit. Porrò cum ex His  
**Homeri.** pania Thusciāq; delati in Ithacam deueherentur,  
 contigit Melesigenem oculis iam antè parum va-  
 lentem, extreme laborare: ita, vt Mentes negotios  
**Mentor.** rum gratiā Leucadem traiecturus eū apud Mens-  
 torem Alcimi Ithacēsem reliquerit, hominem sibi  
 vehementer amicū: multis precibus adigens eun-  
 dem, quo Melisigenis curā haberet tantisper, dum  
 è Leucade reuerteretur ipse. Mentor vero ægro-  
 tantem Melesigenem sedulo curauit, vir nimirum  
 facultatibus pollens: quiq; ob egregiā equitatē ho-  
 spitalitatēmq; inter ceteros Ithacēses maxime pre-  
 dicaretur. Atq; hic accidit, vt de Vlysse multa Me-  
**Homeri** lesigenes percōtando cognosceret. Narrantq; ipsi  
 cæcitas. Ithacēses, tum visum eū amisisse ibidē. Atqui ego  
 affirmare non dubitem, iam tum eundem conua-  
 luisse, ac postea apud Colophonem prorsus cæcū  
 factū, id quod ipsi quoq; Colophonij mecum faten-  
 tur. At vero Mentes è Leucade Ithacam reuersus,  
 Melesigenem recepit, cum quo iam inde diu vltro  
 citrōq; nauigauit, donec Colophonem appellenti  
 eueniret, vt in veterē morbū recideret: quem vbi  
 effugere nō daretur, visu putatur priuatus. E Co-  
 lophone iam cæcus Smyrnā remeans, ad poemata  
 conscribēda animū conuertit. Tēpore deinde in-  
 teriesto, cū Smyrne victu necessarijsq; destituere-  
 tur, cōstituit Cumā proficisci, cōmodūmq; Hermi  
 prata trāsiens, adeum locū peruenit qui appellatur

Nouus murus, Cumanorū coloniā. Qui locus post Nouus Cumam, habitabatur annis octo. Hic memoratur murus. primū Melesigenes pro coriarij officina consistēs, huiusmodi quædam carmina recitasse.

Aἰδησθε ἔστιν ὁρκε χειμένος οὐδὲ Δόμοιο,  
Οἱ πόλιψ αἰτασθήτη κύμηρ ἐρεώπιδας οὔρην  
Νάετε Σαρδίνης πόδας νειστοῦ μῆτικόμοιο.  
Αμβρόσιος πίνοντες ὑδωρ θείσ ποταμοῖο  
Ἐγμας ΔινέαντΘ, ὃμηρος τέκετο Ζευς. Id est  
Ne precor hospitio ciues excludite vestro  
Sedibus errantē dubijs viētūp carentem.

Ciues qui Cumæ Sublimia tecta tenetis,  
Atq; vrbem cui Sardene mons imminet altus,  
Quicq; vndas bibitis liquido quas flumine fundit  
Hermes, hunc natū sibi Iuppiter ipse fatetur.

Sardana, cuius hic commeninit, mons est ad Her Sardana  
mum fluuium Nouūmq; murum situs. Coriario  
nomen erat Tychio, cui continuo auditis versibus Tychius  
visum est hominem recipiēdum. Commiseratione  
nimirū motus, cū videret oculis tam misere mul  
tatum, iussit præsentibus secum frui. Melesigenes  
ingressus futrinam, confidentibus illic poesim suā  
ostendit: Amphiarai in Thebas expeditionem, at, Amphiarai  
que hymnos in deos à se scriptos. Et cum inter fa expeditio  
bulandum crebras sententias in mediū multāmq; Hymni  
eruditionē afferret, in magna habitus est ab auscul deorum.  
tantibus admiratiōe. Atq; iam tum apud Nouum  
murū agens, è poesi viētus subsidia habebat. Ostē  
ditur ad nostra vsq; tēpora ibidem locus, vbi Me  
lesigenes sedēs carmina sua exhibuerit. Qui locus

HERODOTI HALICARNASSEI

in magna illic habetur veneratione ab incolis, meis  
moraturque populus arbor ab Homeri aduentu in  
eodem loco enata. Porrò egestate postea adactus,  
cum vix alimenta haberet, statuit in animo Cumā  
ad feliciorem successum reuerti. Iturūsq; hæc pro-  
nuntiauit carminia:

Αἴψα πόλες με φέροιεμ ἐς αἰδοίωρ πόλιν αὐτῷ.  
Τῷ γαρ καὶ θυμὸς πρόφρεως καὶ μῆτις ἀρίστη.

Id est.

Nunc peto præclaram venerandis ciuib; vibem,  
Quorum consilijs prudentia pectora præstant.  
Proficisci igitur Cumam è Nouo muro, per La-  
rissam iter fecit vt pote compendiosissimum. Vbi  
vt Cumani narrant, flagitante socero, epigramma  
hoc scripsit Midæ Phrygum regi Gordij filio, id  
quod etiam nūc in Gordij cippo inscriptū visitur.  
Χαλκῆ πρθένθημί, μίδσ Δ' ἄδι σάμαπι κέμου.  
Ε β τ' ἄριστοι, καὶ Δένδρες μακρὰ τεθήλοι.  
Η ἔλιος τ' αὐτῶρ λάμποι λαμπτέα τε σελήνη.  
Αὕτη τῆς μέντος πολυκλαύτῳ ἄδι τύμβῳ.  
Αγγελέω παρεγέσοι μίδης δι τῆς μέντος τέθαπτοι. id est  
Virginis ora gero, solido conflata metallo  
Præsidium formata Midæ custosq; sepulchri.  
Huc dulcis fluat vnda, ferat quoq; terra virentes  
Arboribus sylvas, & gramine vestiat agros,  
Ipsosq; sol radijs luceat, & aurea Phœbe.  
Interim ego hic maneo, monumētāq; tristia seruo.  
Hoc bustum vt regis ex me sciat esse viator.  
Reuersus autem Cumam, in senum passim cōuen-  
ticulis carmina sua que fecerat ostendit, colloquijq;

suauitate auscultantes in sui admirationem facile  
 protraxit. Intelligēs igitur Cumanos poesim suam  
 recipere, pergit eosdem cōsuetudine sua oblectare,  
 ac postremo huiusmodi cōditionē proponere, vt si  
 publice eū alere vellēt, ciuitatē Cumanorū celeber  
 rimā se redditurū. Qui p̄fētes hēc audierāt insti  
 tutū p̄babāt: addētes se quoq; adiuturos, si petiti  
 nē suā ad senatū referret, vt votis suis fieret satis.  
 Melesigenes his verbis erect⁹ collecto senatu in cu  
 riām processit: rogatōq; eo cuius id muneris erat,  
 vt in senatum duceretur. Ille nihil recusans, vbi o  
 portunū videbatur, hominē deduxit. Hic cōsistens  
 Melesigenes, eadē verba habuit in senatu quæ pau  
 lo ante in cōuenticulis de alimētis p̄fstandis pro  
 posuerat. Vbi dixisset, egressus pro curia sedebat.  
 Interim dum senatores agitarent, quidnā par esset  
 hominī respondere, visumq; esset cum ei qui dedu  
 xerat, tum alijs omnibus quotquot in conuenticu  
 lis Melesigenem audierant, petitionem admitten  
 dam. Vnus tantum è senatoribus refertur Melesī  
 genis postulatis calculo suo repugnasse, intērq; a  
 lia multa, hēc quoq; commemorasse. Quod si semel  
 ὅμηρος, hoc est cæcos, alendos fusciant, futurum  
 vt cōtinuo turbam habeant & multam & inutilē.  
 Atq; hic primum Homeri nomē Melesigeni indi  
 tum, à cæcitatis videlicet calamitate. Nā Cumani  
 cæcos ὅμηρος appellat. Iāmq; inde qui prius Me  
 lesigenes, nomen obtinuit Homeri. Breuiter hæc  
 sententia euicit, p̄ēr q̄ prætorē fuit approbata, qua  
 contendebatur non alendum Homerum. Hæc cū  
 illi nuntiarētur, vehementer commotus, his versis

Homeri  
nomen.

HE R O D O T I H A L I C A R N A S S E I  
bus calamitatem suam deplorabat.

O ιη μ' αῖσῃ Δῶκε ποτὴρ ζεὺς κύρια γενέσαι  
Νέπομαξιδοίκης ἀδί γένασι μητρὸς ἀτάλωρ  
Ηρ ποτὲ ταύρυωσαρ βελῆ Διὸς αὐγιόχοιο.

Λαοὶ φείκωνθ μάργωρ ἄδι βήτορες ἵσταθε.  
Ο ταλότοροι μαλεροῖ πυρὸς κείνοντες ἀρνας  
Αἰολίδα σμύρνυρ ἀλιγάτονα ποτνιασένακτορ,  
Ηρ τε Διὸς ἀγλαὸμ εἴσιρ νόσιωρ οὐροῖο μέλιτθο.  
Ε νθεφ ἀπορνύμνωσι κέρασι Διὸς ἀγλαὰ τέκνα  
Η θελέτια κληῖσαι Διαρ χθόνας ικά πόλιρ αἰθρῶρ.  
Οιδί ἀτακινάσθιας ιερὴρ ὅπα φημὶ ἀειμήνηρ.  
Αφραδίλω τὴν μέρ τε παθῶρ τις φράσατεται αῦθις.  
Ο σφετρ ὄνειδεσιρ ἐμὸρ Διεμήσατο πότμορ.

Κῆρα Δ' ἔγω τήρ μοι θεὸς ὁ πασες γνομένω πόθ.  
Τλισδρομαι ἀκράσειτορ φέρωρ τετλυκόπι θυμῶ.  
Ο ὑδέπι μοι Θίλα γῦνα μένειρ ιεροῖς ἐψ ἀγηαῖς,  
Κύμης ὁρμασέντσι, μέγαστ δέ μοι θυμὸς ἴστεγη.  
Δῆμορ ἐς ἀλλοδαπὸμ ιέρυναι ὀλίγορ περ ἔόντα. Id est  
Hei mihi quo fato voluit me Iuppiter vti,  
Quem puerō similem fecit qui matris in vlnis  
•Gestit,& in primis ludit pueriliter annis.  
Est vrbs insignis quam Smyrnam nomine dicunt,  
Æoliæ posita in campis,hanc condere primum  
Phriconis cœpit,duro gens aspera bello,  
Et validis cinxit præclaram turribus urbem  
Qua prope Neptunus vicinas alluit oras,  
Quaç Meles fluuius liquidis præterfluit vndis.

Hac nuper Musæ veniebant vrbe relicta,  
 Atq; aliam cantu terram celebrare volebant;  
 At ciues decus hoc tantum voceq; canoram  
 Neglexere, quibus mentē Saturnius ipse  
 Eripuit, dicent hos desipuisse minores  
 Si quis eis factū memorauit, & hæc mea fata  
 Quam fortē vero nobis turpemq; repulsam  
 Numinia decernunt, animo tolerabimus æquo  
 Sed tamen ex ista gressus mouebimus vrbe  
 Et loca quæremus aliena, domoscq; remotas  
 Sic visum est animo, sic mens congesta poposcit.

Cuma abiens, ad Phocean contredit, imprecans  
 interim Cumanis neminem vñquam fore clarum  
 poetam, qui tam stupidos celebraret. In Phocea au-  
 tem eodem modo sibi victum parauit, in conuenti  
 culis videlicet passim carmina sua ostentans. Erat

autem eo tempore in Phocea Thestorides quidā,  
 qui pueros illic literas docebat, homo fidei parum  
 probatæ. Hic subodorata poesi, huiusmodi verbis

Homerum adoriebatur: Paratum se inquiēs & mi-  
 nistrare ei, & victum suppeditare, si carmina quæ  
 meditatus esset, describere pateretur, & alia subin-

de faciens, ad se deferret. Homerus iam ministerij  
 alicuius, atq; adeo necessariorū indigēs, recipiendā  
 hanc conditionē putauit. Cōmoratūsc̄ apud The-  
 storidem, minorē illā fecit Iliadem cuius initiū est:

I λιοψάειδω, καὶ Δαρδανίκη εὔπωλος.

Ης πολὺ πολλὰ πάθος, Δαναοὶ θεράποντες ἔργον.

Id est.

Fata cano Troiæ miseranda feracis æquorum  
 Clade ubi multiplici fortis cecidere Pelasgi

Thesto-  
rides.

Ilias īmī-  
Homeri,

Phocaidem quoq; quam vocant, Phocēses apud se conditam ab Homero asserūt. Iam vero Thestoridae, vbi Phocaidem atq; alia pleraque ab Homero communicata descripsisset, cōstituit è Phocea discedere, Homeriq; poesim pro sua venditare. Vnde factum vt cum Homeri non perinde curā habueret, ille ad Thestoridae huiusmodi vsus disticho:

Θεστορίδης. θυντοῖσι αἰνώισαρ πολέωρ πόλη,  
Οὐδὲ τῷ ἀφράσοτῷ οὐ πάλετοι νόσου αἰνθεώποισιμ.

Id est.

Quanuis stultorum turba est numerosa per orbē, Thestoridae tamen exuperat dementia cunctos. Atqui Thestoridae relicta Phoece in Chium concessit, vbi erecto ludo, carmina illa pro suis euulgans, egregiam simul & laudem sibi parauit, & frumentum haud quaquam vulgarem. Porro Homerus suo eodēm q; more viuere pergebat apud Phocenses, nimirum è poesi victum vbiique habens. Tempore deinde nō ita multo post, viri aliquot è Chio erudiiti, audientes eadem carmina quæ iam səpi in Chio à Thestoridae pro suis recitari audierant, indicabat in Chio hæc ipsa à quodam ludi magistro pro suis cū magno fructu ostētari. Homerus intelligens continuo Thestoridae esse, magno studio properabat in Chium trāsmittere. Et cū portā adiisset neq; offendisset nauē qua traiiceret, essent autem qui pro lignis deuehēdis in Erythrēam solvere pararent, belle conuenire videbatur, si per Erythrēam iter faceret. Accedens igitur nautas, flagitauit vt comitem se nauigationis reciperent, mul-

tis blādisq; vſus verbis, quibus quod posceret perſuaderet. Nautæ admittentes hominis preces, iuſſe runt nauē eum conſcendere. Quo impetrato, Homerus conſidens in nauī, his versib; nautis bene precatur:

Κ λῦθι ποσφίδέωμ μεγαλοθενίς εὐνοσίγοε,  
Ε ὑρυχόρε μεδίέωμ ἡδίξενθε ἐλικῶνθ.  
Δ ὁς Δ' οὔρομ καλὸμ καὶ ἀτάμονα νόσομ ἔδειδε  
Ν αύταις, οἵ νηὸς πομποὶ ἡδοὶ ἀρχοὶ ἔασι.  
Δ ὁς δὲ ἐς ὑπάρχομ μῆτικρήμνοιο μίμαστθ,  
Α ἰδοῖομ μὲνθόντα βροτῶμ δίσιωμ γε κυρῆσαι.  
Φ ὕπατε ποσάμηκη ὁς ἐμὸρνοδομ ἡ πόροπεύσασ.  
Ω μένσατο λῆνα ἔσθιομ ἔστιντε πραωτέημ.

Id est.

Audi qui pelagus valido Neptune tridenti  
Imperiōq; regis, spatiōſāq; culta Heliconis  
Da precor hic nautis reditum ventōſq; secundos  
Qui mihi sunt comites placidi nauisq; magistri.  
At mihi da misero sacram contingere terram  
Aerius qua parte Mimas ad fidera surgit.  
Inde hominis iusti me fac succedere tectis  
Vlcisciq; virum qui me improbitate fefellit,  
Læſit & hospitiū sacra iura Iouémq; benignum.

Vbi vero secūdo vēto Erythræam appulissent, Hō Erythræa.  
merus in nauī id temporis stabulabatur. Postero  
die nautas rogauit, vt aliquē præberent. qui ad vr-  
bem eum perduceret. Illi obsecuti, ducem itineris  
vnum ē suis permiserunt. Cūmq; iam pergēdo ad  
Erythræā appropinquasset, deprehendissetq; vrbe  
asperrimā atq; mōtosā, in hæc prorupit carmina:

H E R O D O T I H A L I C A R N A S S E I

Γ οτνια γη πάνδωρε δότρεα μελίφρον Θ ὅλβς.  
Ω σέρρα δὴ τοῖς μὴν φωτῶμενοχθος ἐτύχθης.  
Τοῖσι δὲ δύσβαλ Θ καὶ τρηχεῖς οῖς ἔχολάθης.

Id est.

Terra ferax rerum quam dispare munera fundis  
Auspicio,felix alijs penitusq benigna,  
At alijs es dura,ferox,inimicaq prorsus.

Ingressus deinde Erythræorum urbem,perconta-  
tur de naui. Et cum forte quidam occurisset salu-  
tarius,qui eum in Phocea vidisset,ab hoc conten-  
dit ut secū dispiceret , sicubi nauis appareret qua  
in Chium transmitteret. Atq vbi in portu naua-  
libusque nullum reperiaretur traiectitium nauigii,  
ille Homerum ad eum locum dicit,vbi pescatoriæ  
nauiculæ stationem habebant. Et forte fortuna in-  
cidit in quosdam , qui in Chium erant traiecturi.  
Hos adiens precatur, ut Homerum trāsportarēt.  
Verū illi nullis precibus permoti,non recepto Ho-  
mero soluerunt . Homerus autem hæc cecinit  
carmina.

Ν αῦται ποντοπόροι συγερῆ ἐναλίγκιοι ἀπή.  
Γ τωχάστιμοι αὐθύηστιμοι βίοι δύσχηλοι ἔχοντες.  
Αἰδεῖσθε ξενιοῖο διὸς σέβαστον φιμίδοντ Θ.  
Δινὴ γαρ μέτοπος ξενίς διὸς, ὃσκαλίπτωι.

Id est.

Infidi nautæ gens diris tristior ipsis  
Sæua quibus veluti mergis dant æquora victum,  
Si vobis nulla est hominum reverentia cordi,  
At spectate Iouem summo qui regnat olympos.  
Tristis enim vultus Iouis est penæq paratæ

His quibus hospitijs nō est pia tessera curæ.

At vero in altum iam prouectis contigit, ut aduerso vēto rapti, eōdem vnde soluerāt recurrerēt: ubi etiamdum Homerū in litoris crepidinē considētem offenderunt. Qui cognito nauis recursu, hunc in modum eos alloquitur.

Υ μᾶς ὁ ξένοι ἐλαβερψ ὁ σύγεμος αὐτὸς γενόμενος.

Α λλ' ἐπι καὶ νῦν με δέξαθε, καὶ ὁ πλάνης ὑμῖν ἔσαι.

Id est.

Vos hospites aduersa tempestas corripuit. Sed adhuc me recipite & secundo vento nauigabitis: Piscatores autem pœnitentia ducti, quod prius hominem non receperant, compellato eodem, iubent cōscendere (si velit) nauem. Recepto Homero rursus vela faciunt. Cūmq; exacto itinere litus appulissent, piscatores ad sua quicq; opera digressi, Homerus in litore ea nocte relinquunt. Vbi diluxit, iti Pinus loc<sup>9</sup>: neri se accingēs oberrānsq; ad eum locum peruenit, qui appellatur Pinus: illicq; quiescēti noctu Pinus loc<sup>9</sup>: ni fructus excuslus, quem aliqui σέρβει λοραντονορ appellant, Homerus hos cecinit versus:

Α λλι τίς σα πένκη ἀμείνονα καρπὸν ἔποιη.

Ι Διης εὐ κορυφῆσι παλυπῆχδηνεμοέστης

Ε νθα σίδηχε οὐδέρχος ἐπιχθονίοισι βροτοῖσιν

Ε αετοι εὗτ' ἀρ μηρ κεβρήνιοι ἀνδρες ἔχωσι.

Id est.

Funduntur fructus alia magis arbore dulces,  
Quam fouet umbrosis felix in collibus Ida,  
Hinc veniet ferrum Martis validæq; secures,  
His vbi consistet campis Cebrenia pubes.

b.j.

**Cebrenia.** *Eo enim tempore Cumani Cebrenia ad Idā montē edificare parabant, vbi ferrū tum effodiebatur. Ceterum illinc abiēs Homerus, vocem caprarū, quæ ibidem forte pascebantur, sicutus, in canes incidit pastorales: qui cum ferocius eum adorarentur, vo- ciferabatur.*

**Glaucus.** *Quod audiens Glaucus, id enim erat caprario nomen, accurrit festinanter, cōpellatosq; canes ab Homero excusset. Atq; vbi diu multumq; admiratus fuisset, quod nimis cæcus existēs eō locorū peruererit, tādem accedens rogabat quisnam esset, & cuius rei indigens, quibūsque modis ad inhabitata illa vastāq; loca diuerterit. Homerus omnem suam calamitatēm commemorans, ad cōmiserationē Glaucum pertraxit. Siquidem homo erat (vt apparet) cordatus. Excipiēs igitur Homērum, ad suum deduxit tuguriū, incensoq; igne cœnam instruxit: qua apposita, iussit cœnare secū hospitem. At vero cum canes à cibo abstinentes non cessarent suo more cœnitatem adlatrare, Homerus Glaucum his versibus alloquitur:*

Γ λαῦκε πέρωμεν ἐπώρος δέ τιθεται οὐδὲν φρεσὶ θήσω.  
Πρεστορος μηδὲ κυσὶ διεῖσανορος εἰς αὐλέσθησι θύρησι  
Διδυσει. οἵς γαρ δέμανορος, δέ γαρ κοιλί περῶποι ἀκόδι  
Ανδροὺς επέρχομεν. κοιλί ἐς ἔργεα θηρὸς ιόνται.

*Id est.*

*Glouce precor paucis me audi verbisq; patreto,  
Præ foribus stabuli canibus sua fercula primum  
Fac tradas, nam sic melius, custodibus illis  
Nec fera nec fures venient ad septa dolosi.  
Hæc audiēs Glaucus, lætatus est admonitione illa,*

habuitq; in magna hominē admiratione. Inter cœs  
nandum autem vltro citroq; habitis sermonibus,  
mutuis quoq; colloquijs oblectabantur. Nam Ho  
merus vbi errores suos, ciuitatēsque quas adijsset,  
enarrasset, Glaucus hæc audiens præ admiratione  
stupebat. Eratq; iam tum cubandi tempus, & quie  
ti se dabant. Postero die Glaucus cogitauit ad herū

Bolissus.

suum proficisci, animo hæc de Homero indicandi.  
Proinde commissis socio capris pascēdis, Homerū  
intra tecta reliquit, promittens se q; festinantisime  
iturum. Descendens autem ad Bolissum, id erat vi  
cino huic loco nomē, heroq; suo adito narravit de  
Homero, quemadmodū res habebat quod nimirū  
pro miraculo hominis aduentū duceret, demū ro  
gat quid facere conueniat. Herus parū delectatus  
hoc nūtio, cœpit cū Glauco expostulare, qui quoſ  
libet citra delectum errores mutilosque reciperet  
alerētq;: tamē præcepit vt hospitem ad se perdu  
ceret. Glaucus vero ad Homerū reuersus ea nar  
rauit, iussitq; sequi se in urbem. fore enim hæc ei ad  
felicem fortunæ successum. Quibus non grauatim  
assentiens Homerus caprariū sequitur. Hic Chius

Homerus  
apud Chiū.

Glauci herus, vbi in colloquium cum Homero ve  
nisset, reperiſſetq; hominē esse cordatum, multāq;  
rerum peritia instructū, cœpit suadere ei vt apud  
se cōmoraretur, liberorūmq; quos habebat adule  
scentes formandorum curam fusciperet. Ille acce  
pta conditione, pueros sibi concreditos erudiuit.  
Interim Cercopas, Batrachomyomachiam, Epici  
chlidas, & alia omnia quęcunq; iuuenilia ludicrāq;  
huius poetæ extant, apud Chium illum cōdidit in

Cercopes?  
Batrachos  
myomachia  
Epicichlides  
b.ij.

H E R O D O T I H A L I C A R N A S S E I

Bolisso. Hincq; coepit per urbem inclarescere. Iam vero Thestorides ut primū intellexit Homerum adesse, nauigans ē Chio fugam capesset. Deinde progressu tēporis impetrata ab hero Chij visendi copia, urbem adiit, ludūmc; illie instituens, pueros carmina docebat. Id cū magna felicitate Chijs facere yideretur, multos sibi admiratores cōciliauit.

Homeri  
vxor &  
filiæ.

Hinc igitur viētum parans tolerabilem, vxorē duxit, ē qua duas suscipit filias, quarum vna decessit innupta, alteram viro Chio elocauit. Enim uero hic poesi manū admolitus, gratiā habuit bene merentibus.

Mentor

Et primum quidem Mentoris Ithacensi in Odyssea, ut qui laborantem ex oculis sustinuerit in Ithaca, cuius beneficij gratia eundē ampliter poesi suae infulciēs, Vlyssis fingit sociū, cuius fidei Vlysses Troiam nauigans, domum familiāmc; concrederit, tanquam Ithacensem præstantissimo atq; æquissimo. Alijs etiam plerisq; locis eūdem laudibus vehit. Siquidem Mineruam quoties cū aliquo humana specie congregdi fingit, Mentoris identidē Phemius tradit assimilatam deam. Ad hæc Phemio præceptoris, simul & eruditionis & nutrificationis gratiā Odysseę, in Odyssea retulit in hæc verba:

I. Καὶ εὐξέλει τῷ χρεοῖ μηθαρίῳ ποδεύκαται ἐπίθηκε φημίω, δος τε πολλὸν ἐκσένυτο πάντας ὀξεῖδωρ.

Id est.

Iam aderat præco cytharāmc; ferebat, & illam Phemius accepit, quo non præstantior alter Præ dulci mentes humanas flectere cantu.

Et rursum:

Αὐτὰρ ὁ φορμίζων αἰνεάλεπο καλὸν ἀείδην.

Id est.

Hic bene pulsatis prælusit police neruis.

Meminit & nauicularij, in cuius comitatu vltro citro  
q̄b nauigās, vrbes locāq̄ plurima collustravit. Huic  
nomē erat Mentæ. cuius cōmeminit his versibus. Mentes.  
Μέντης ἀγχιάλοιο διαφέρονθεύχομοι εἶναι  
ὑός, ἀπὸ ταφίοισι φιληρέτμοισι τὸνάσσω.      Ibidem.

Id est.

Mentes Anchali bellatis glorior esse

Filius, at Taphijs solertibus impero nautis.

Habuit etiā Tychio coriario gratiam, nimītū qui Tychius.  
venientē ad sutrinam apud Nouum murū hospitio  
exceperit. Hunc Iliadi infersit his versibus.

Iliad. vii

Αἴσος δὲ ἐγγύθει πλήθε φέρων στάκηθε πύργοι

Χάλκεορ, ἐπίστασόδομ, δι τύχιος κάμε τεύχωμ

Σκυτοτόμων δ' χ' ἀρισθεύλη ἐνι οικίοι νοέων.

Id est.

Instar erat turris clypeus quem Martius Ajax,

Gestabat veniens, ferri graue pondus & æris,

Atq̄ boum septem durissima tergora, at illum

Fecerat artificum Tychius doctissimus olim.

A poesi vero hac inclarescens Homerus, non per

Ioniam solum celebrabatur, sed in ipsam usq; Græ

ciam multus de eodem sermo perferebatur. Et cū

iam eruditionis existimatione augescentem multi

viserent, inciderunt forte qui suaderent ut in Græ

ciam se trāfferret, Quod consilium admittens, im-

pēse cupiebat adornato itinere illuc demigrare. Cō

modūmq; intelligens Argos multis egregijsq; elo,

Argos.

b. ii.

HERODOTI HALICARNASSEI

Athenæ ab g̃is celebratum, Athenas non item, proinde hanc Homero ce poesi suæ affingens, in maiori Iliade, nempe nauium celebratæ catalogo, Erechtheum his versibus magnifice laudibus vehit:

Iliados II. Δῆμορέρεχθί Θεού μεγαλίτορος, ὅμη ποτ' ἀθήνη  
Θρέψει διὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ γείδωρος ἀρρενε-

Id est.

Adfuit & populus cui rex insignis Erechtheus  
Hunc aluit quondam Pallas Ioue nata supremo,  
Sed genuit frugum donatrix inclyta tellus.

Mnestheus. Mnestea etiam prætorē Atheniēsium, tradit in exercitu tam pedestri quam equestri ordinando peritissimum, idq; his carminibus:

Ibidem. Τῷ αὐτῷ οὐρανοῦ μὲν πετεῶ μηνεστένες

Τῷ καὶ οὐρανοῖς δμοῖ Θεοῖ χόνιος γένεται ἀνθερός  
Κοσμησαί τοις τε, κοτὶ δενέροις ἀποιδιώτας.

Id est.

Dux erat his Petei soboles præclara Menestheus  
Quo nemo melior viuebat in agmine Graiūm  
Seu validas peditū seu equitum cōponere turmas.

Salaminij. Aiacem vero Telamonium ipsosq; Salaminios. Aiax. theniensibus in nauium nomenclatura adnumeravit, sic scribens:

Aἰακούς δὲ ἐκ στηλαιμίν Θεού, ἀγέρη μνησιδεκα νησιούς

Iliados II. Στῆσε δὲ ἄγαρούντιν ἀθηναῖων ισαντο φάλαργες.

Id est.

Bis sex ducebat naues Telamonius Ajax  
Quas ad Cecropidum subducunt ordine classem.  
Postremo in Odyssēa Mineruam, postq; cū Vlysse in colloquium venerit, ad Atheniensiu vrbem quā

præcipue colebat: concessisse fingit.

Ι κετο δ' ἐς μαραθῶνα, καὶ εὐχόρεσ τὸ ἀθίναο'. Odys.vii.  
Δῦνε δ' ἐρεχθίος πυκινὸν δόμον.

Id est

At Pallas Marathona petit spetiosāq; campi  
Iugera Cecropidum, regisq; altissima tecta.  
Hæc vbi hunc in modum meditatus cōposuisset,  
animo in Græciā traiisciendi, cōmodum profectio-  
nem capessens, Samum appulit, contigitq; forte ut  
eodem tempore Samiī Apaturia festū agerēt. Hic  
Samius quidam agnito Homero, vtpote quem iam  
antè in Chio vidisser, coepulones suos adiens, indi-  
cauit tanti hominis aduentū. Illi audita multa ho-  
minis prædicatione, iubebant adduci eum. Conues-  
niens igitur Homerū Samius, quandoquidem, in-  
quit, hospes Apaturiorum festum agit ciuitas, inui-  
tant te contribules ad idem festum cōcelebrandū.  
Homerus affuturum se affirmās, comitatur inui-  
tātem. Porro cum iam illuc quō vocatus erat per-  
geret, in mulieres impegit, quæ in triuio Curotro-  
pho sacra facerēt. Sacrifica ex occursantis aspectu phos,  
indignata, exclamat: Vir, inquiēs, facebas à sacris.  
Homerus dictum illud in animo voluens, rogabat  
quisnam esset qui loqueretur, & cui deo sacrificā-  
ret. Dux eius indicauit mulierem esse, quæ Curo-  
tropho sacrificaret. Quod audiens Homerus, hu-  
ijsmodi carmina illius sacris accinebat:

Κ λῦθι μοι εὔχομένῳ ισροπέόφε, δόξε ἡ γυναικε  
Τ οὐδὲ νέωρη μήν, οὐνήναθαι φελότητα κολλε εύνημ,  
Η δέ ὦδι τερετώδει πολιοκροτάφοισι γέρεσιμ.

b.iiiij.

HERODOTI HALICARNASSEI

Ω μέρη μὴν ἀπεμελύνεται θυμὸς δὲ μήνοιν  
Id est.

Audi flava Ceres precor hoc mihi perfice votū,  
Hanc nunq̄ iuueni matronam iunge marito,  
Sed tremulo sit nupta seni, cui vertice cani  
Funduntur crines, gelida superante senecta,  
Is cupiat tantum effœto nil corpore poslit.

Pheatria Vbi vero ad coepulonum collegium, hoc est Pheatriam, accessisset Homerus, iamq; in limine eodium confisteret, in quibus epulum instructum erat, ali⁹ qui narrat īā tum ardēte igne poetā cecinisse, ali⁹ postea accēsum q̄ carmina ista canere inciperet.

Αὐθός μὴν σέφανός παῖδες, πύργοι δὲ πόλιν Θ.

Ιωτοὶ δὲ ἐρ πεδίῳ κόσμος. νῆες δὲ θαλάσσις.

Χείματα δὲ αὔξενοί εἰνόμ, ἀπάλε γεωροὶ βασιλῆς

Η μηνοὶ ἐρ ἀγροῦ κόσμος Τ' ἀλλοισιρ δρᾶσθαι,

Αἴθομεν δὲ πυρὸς γεωρώτορ Θοῖοκος ίδεσθαι.

Id est.

Sunt patri dulces nati, præclara corona  
Vrbibus aeriae turres, æquatâq; cælo mœnia,  
Sed campo decus est certamen equorum.

Rex vero augustus celebris cum concio sedit,  
Exornat populum vultu, venerandus & ore:  
At laribus lucens focus est ornatus & ignis.

Ingressus autem reclinatusq; , cum cæteris epulo fruebatur, in magno honore admirationeq; ab ac-  
cumbētibus habitus, ibidemq; ea nocte cubile sibi parauit. Craftino die conspicantes eum figuli, qui ad viam in figlina laterunculos tegulásque coque-  
bāt, & cum intellexissent hominem esse eruditum,

compellatum iusserunt eum canere, pollicentes cū tegulas, tum alia qualia ea cuncta essent quæ habarent se illi daturos, Homerus hæc illis cecinit carmina quæ vocantur Caminus, id est fornax,

Eī μὴν δίώστε τε μιθόη, ἀείσω δὲ κεραμῆς.

Camin⁹

Δεῦρο δέχεται θηνασέν, οὐδὲ ὑπάρχεται χεῖρας καμίνος.

Homeri

Εὖ δέ μελανθεῖερ κότυλοι, οὐδὲ πάντας μάλα ιέρα.

Φυγθεῖσας τε καλῶς, οὐδὲ πικῆς ὕνομος ὀσρέαται.

Πολλὰ μὴν εἴρη πωλέν μηνα, πολλά δὲ ἀγνοῖς,

Πολλὰ δὲ κεραμῆναι. οὐδὲ μήδης σφι νοῆσαι.

Ηρδούσας δένασειάκηρος φεύγει οὐρανοῖς,

Συγκαλέω δέ τοις μάρτυρες καμίνῳ μηλιτῆρεσσος.

Σύντιερος μῶς μάρτυρας τε οὐδὲ σειρού, οὐδὲ γάλακτον,

Ω μόδαμόρηθος τῆς μάρτυρος τολλάς κακὰ πορέται.

Πειθε τυραννεῖσθαι μηδὲ μάρτυρας κακούς.

Πάσης κακούς οὐδείν βρύνει, βρύνειοι δέ καμίνοις.

Παίτης οὐτοῦ αὐτῆς κεραμῆια λεπτής ποιεῖται.

Δεῦρο, οὐδὲ ηλίας θυγάτηρ πολυφέρμακε οἰρκη.

Αγρια φέρμακας έστι, οὐδὲς δέ αὐτούς τε, οὐδὲ τοις.

Δεῦρο δέ κακούς χείρων αὐτέτοις πολίσαστοις ταύροις

Οἴθη οὐρακτεῖσας χείραστοις φύγοις, διτέλε πόλοντο.

Τύπτοις πάντες ξέρας κακῶς. τύπτοις δέ καμίνοις.

Αὐτοὶ δέ οἱ μάρτυρες οὐρακτούς ξέρας πονηρούς.

Γαθήσω δέ δρώσαρος αὐτῶν κακοδιάσεμονας τέχνην.

Οδέ ξένος οὐδείς ταῦτα πάρα πολλά πεύσω πομ

# HERODOTI HALICARNASSEY

Φλεχθέντως πάντες ἐπίσονται αἰσιμαχέειν.

Id est.

Si mihi mercedem dabitis figuli ista canemus:  
Huc ades ô Pallas, dextrâq; foueto caminum.  
Pulchre durescant calices, & mollia cuncta  
Sic centur probe, & figulis lucra magna reportet  
Vendita: perq; forum multa & per copita multa.  
Sic illis quæstus crescat, prudentia nobis.

At si deposito iuuat irridere pudore,  
Huc precor ut pestes veniat, que cuncte per orbem  
Grassantur, fundat & in hunc mala cuncta caminū.  
Contere tu Pallas flammamq; & vasa camini.  
Ille licet rapido multum nunc ferueat æstu,  
Insuper Omodamū perdas qui damna dat arti  
Omnia misceto, fornacem, vasa, domumque,  
Ut fragor immensus fiat, figuliq; tremiscant  
Non secus ac malæ crepitū clauduntur equinæ,  
Sic subita fornax crepitētq; cadatq; ruina,  
Inq; lutum redeant calices & vasa minuta.  
Huc quoq; solis ades nata incantare perita.  
Inq; ipsos & opus tua noxia sparge venena!  
Huc ducat longo Centauros agmine Chiron,  
Quiq; manu Herculea cecidere superq; fuerunt.  
Illi contundant opus omne, ipsūmq; caminum  
In nihilum penitus redigant. figuli ista videntes,  
Plorent, & lachrymis spectent ingentia damna.  
Improbatis, ego spectabo hæc omnia lætus.  
Deniq; qui pronus fornacem respicit, illi  
Flamma vorax faciem rapiat penitusq; perurat:  
Sic scelus agnoscent omnes atq; inde cauebunt.  
At vero in Samo hybernans Calendarū festo, po-

tentiorum ædes ostiatim adiens, strenam accipiebat. Canebat autem ea carmina quæ Eresione, hoc Eresione est ramalia, vocantur: ducente eū comitantēq; vn. Homeri, decunq; frequenti puerorū indigenarum choro:

Δῶμα προστηρατόμεωδ' ἀνθρὸς μέγας διναμένοιο.  
Οὐ μέγα μὴν δύναται μέγα δὲ βρέμει δύλειος αἰσθάνεται.  
Αὐτὰρ ἀνακλίνειτε θύρους, ἀλλά τοις γαρ εἴσφετε  
Πολλὸς, τινὲς τολάτω μὲν κοὶ ἐν φρούρῳ τε θηλύια.  
Εἰρήνη τὸν ἀγαθὸν, δύστελλον ἀγγεῖα μετὰ μὴν εἴη.  
Κυρβαῖν δὲ αἰεὶ κατὰ καρδίαν τοτὲ οὐ ποι μάζα.  
Τοῦ πατέρος δὲ γυνὴ κατὰ μὲν οὐρανῷ εἴσεται ψυμιρ.  
Η μίονοι δὲ ἀξέδοσι κρατούσι ποδες ἐξ τόδε μὲν δῶμα.  
Αὐτὴν δὲ σφαῖνοι ισόμητον ἀλέπηρον βεβαῖσκα.  
Νεῦμασι σοι νεῦμασι ἐνιαύσι Θεοῖς τε χελιδούροις.  
Ειπεν' ἐμ προθύροισι, κοὶ εἰ μέρη τοι μάσκες, εἰδὲ μὴ  
Οὐχ' ἔστιν ομήν, οὐ γαρ λαοῖς θεοῖς οὐδὲ μῆλοι μήν.

## Id est

Venimus ad magnas ædes ciuēmque potentem  
Cuius diuitijs resonat domus atque redundat.  
Vos aditum præbete fores feliciter intrent.  
Diuitiae, & requies hilaris, charitēsque sequantur,  
Vasa opibus tumeant, nihil hic videatur inane,  
Sintque laboratæ Cereris repleta canistra  
Excelso curru mirus hic portetur, & ipsam  
Veloci cursu reuehant ad limina muli.  
Hæc premat electrum pedibus, telaque laboret.  
Ast ego vos repetam, repetā profecto quotannis  
Non secus atque redit sub tectum garrula Progne.

Assumus in porta seu munera ferre placebit  
 Seu nihil, est tamen hinc abeundi certa voluntas  
 Non etenim hic habitare diu, nec adesse putamus  
 Atq; hęc carmina postea in Samo diu à pueris de-  
 cantabantur, quoties ad Appollinis festum collecti  
 cōueniebant. In eunte deinde vere, moliebatur Ho-  
 merus ē Samo Athenas pficisci: subiectūsq; vna  
 cum popularibus quibusdam, ad Ium appulit, vbi  
 stationem non ad vrbum, sed in litore habebant.  
 Hic contigit Homerū grauiter egrotare. Egressus  
 igitur ē nauī, in crepidine litoris iacebat ægrotus.  
 Atq; vbi diutius illic ob nauigandi difficultatē in  
 portu remorarentur, subinde pleriq; ex vrbe Ho-  
 mero vacabant, eūmq; audiētes reuerenter obser-  
 uabāt. Iam vero nautis cæterisq; aliquot qui ē ci-  
 uitate cōuenerunt, illic apud Homerum confidē-  
 tibus, forte piscatorum ministri eōdem appulerāt:  
 qui ē nauicula egressi, hæc verba habuerūt: Agite  
 vero peregrini, audite nos, nūquid eorū quæ pro-  
 ponemus explicabitis? Ibi ē præsentibus quidā iu-  
 bebat eos proloqui. Illi, nos inquiunt, quæcunq; ce-  
 pimus, reliquimus: quę vero non cepimus, nobiscū  
 portamus. Et, cū nemo id ænigmatis interpretari  
 posset, piscatores explicabant: significātes nimirū  
 se, cum piscium nihil capere possent, desidentes in  
 sicco pediculos venatos. Et horum quotquot cepis-  
 sent abiecisse, quos nō inuenissent domū retulisse.  
 Quæ audiens Homerus, hæc dicit carmina:

Τοίων γαρ πατέρων οὐδὲ μάκτος ἐκγεγάστε,  
 Οὐτέ βαθυκλήρωμα, οὐτ' ἀσεταῖ μῆλα νεμόντων.

Piscatorū  
ænigma

Qui vos ô pueri tales genuere parentes?  
Certe non humili penitus nec forte suprema.

Atqui ex ægritudine hac **extremum** diem clausit  
Homerus in Io, non autem (ut arbitrantur aliqui)  
ænigmatis perplexitate enectus, sed morbo. Extin  
ctus vero in Io Homerus, à comitibus suis atq; ci  
uibus qui ex vrbe in colloquiu cum eodem vene  
rant, in h<sup>ic</sup>tore ibidem honorifice sepeliebatur. Cu  
ius sepulchro multo post tempore Ienses, vbi poe  
sis eius iam publicata ab omnib<sup>9</sup> celebraretur, hu  
iusmodi inciderunt elegiacum:

Εὐθάδε τὴν ἴερην καφαλήν κατέταγοις καλύπτει,  
Αὐτῷ δὲ οὐδών τοιοῦτος θεῖον δυμηρον. Id est  
Hic sacrum terra caput occultatur Homeri  
Qui canere heroum præstantia facta solebat.

Porro quod Aeolicus fuerit Homerus, & non Io, Homerus  
nicus, neque Doricus, partim è iam dictis perspi<sup>c</sup>it Aeolicus,  
cum esse poterit, partim etiam his coiecturis de  
prehenditur. Siquidem poetā tantum qui hominū  
peculiares mores in suam poesim transferre stu  
duerit, par est aut laudatissimos excogitasse, aut pa  
trios cōmemorare. Iam vero carmina eius expen  
dentes indidem pronuntiabitis. Nam cum sacrifici  
cij ritum huiusmodi quandam referat, aut ipse eū  
dem tanquam probatissimū excogitauit, aut quod  
cum patrijs institutis conueniret. Sic enim inquit.  
Αὐτῷ δέ μή πρῶτας ιστοι ἵσταξαν ιστόντες.  
Μηδούσ τ' ἔργα τεμαρ, κατότε τε κνίσην ἐκάλυψαν.  
Διππυχα ποιήσαντες, εἰς αὐτῷ δέ ωμοθέτοσαν.

Id est

Principio retrōq; trahunt, mactántq; iuuencos:  
 Hinc mox detractis nudantur pellibus ossa,  
 Deinde alij carnes refecant nidorēq; condunt.  
 Ordo duplex aderat super hæc quoque cruda res  
 ponunt.

In his versib; de ilij nulla mentio, quib; in sa-  
 crificijs tamen vtebantur cæteri præterquam vnā  
 Æolicam gentem, quæ ilia non concremabat. Indi  
 cabat præterea his quoq; versib; , q; Æolicus ex-  
 istens, suæ gentis ritibus usus sit.

*Καὶ τὸν ἄδι σχίζεται γέρων, ἄδι δὲ αἰθοπειοῖς οἶνος  
 Δῆλε· γέοι Δὲ πάρετοντο μέχον πεμψάσθαι χερσίμ.*

Id est.

Hæc pater imponit flammæ viniq; rubentis  
 Munera cælicolis libat, venit agmine læto,  
 Ordine quintuplici gestans verua inclyta pubes.

**Æolū mos.** Æoles enim soli intestina quinque verubus defixa  
 torrebant, reliqui Græci tribus. Etenim πέμπε di-  
 cunt Æoles pro τίντε. Atq; hæc sane de genere, vi-  
 ta, interitūq; Homeri, à nobis relata sint. Cæterū  
 ætatem Homeri si quis diligenter recteq; ratioci-  
 netur, ex hisce facile deprehendet. Nempe ab ex-  
 peditione Græcorum, quam Agamemnon & Me-  
 nelaus in Ilium habuerunt, annis centum post atq;  
 triginta Lefb<sup>9</sup> oppidatim habitari coepit, cū antea  
 nullam prorsus haberet ciuitatē. Post Lefbum ha-  
 bitatā annis viginti, Cumæ & Æolica & Phricotis  
 appellata habitabatur. Porro à Cumæ annis duo-  
 deuiginti in Smyrnam Cumani colonias transfu-  
 lerunt, quo tempore natus fuit Homerus. Ab Ho-  
 mero vero nato anni sunt sexcenti viginti duo ad

Xerxis usque in Græciam traiectum, qui videlicet iuncto Hellesponto pontibus cum exercitu ex Asia in Europam penetrauit. Ex his igitur facile fuerit calculo colligere tempus ei, qui prætorum Athenensium rationem habuerit. Nam a Troiano bello clauditus Homerus annis centum sexaginta octo.

Vitæ Homeri per Herodotum traditæ,  
interprete Conrado Heresbachio,  
FINIS.



Hand poscere vniuersi in Irenis  
vniuersi. Sed est caritas et in non  
afletas, sed quidam modus.

Fristippus quidam ille sororatus magis  
tunc non dubit omnes esset  
ob istius habere eam Lazarum habeo  
magis, Laida non habeo a tunc?

Qui abuidant peccatum  
superabuidant peccatum  
dicit dominus Iacobus

Diversus eo loquitur in suis  
modis videntur tamen, dicitur,

Quo super dantur  
Quo refutare debet

Quodammodo magis Alix. Ch. 2 de misericordia per  
domini misericordiam et misericordiam dei  
frudar? Vnde tu ex quo patitur tunc  
corruimus ex desiderio, ut desiderio et carnali habemus peccata  
hunc? Et ergo? Ex quo tunc a nro, a filio caperemus m.  
desiderio, non a nro de usq; a re  
nro? amar quid faciat ipso hunc?  
Ex quo? Augustinus expedita sapientia nra  
cursum fructiferae novit et rebatur. Intra  
et rura et arbor. et patiens quatuor fons. Regat ut  
desideri lauro nro locutus sit. turbante aero. sicut illarum praeceps  
undas oscillari que fonsque fonsque a potu sed aero in nro  
est. nos in se de.

Idemq; al. expandim; qm; etate  
Litteras florant ab assiduo labore  
Contracti Chalnitens Dethue plus  
q; tua mei. & gingata refressa  
fatu;

foris huiq; foribus quibus vnde port  
At at rupunt foris et aliquis.  
pro forib; foris est qd op de foris  
foris quibus est breviter  
debet foris ad eis my pro  
vobis de foris foris redat  
tunc est animi

foras ad mecum ad hinc foras  
ambitare metu' ou' marte  
de foras tunc foras vel qd  
foris ad eis agn' n' p'.



Confidemus ergo turba sanos in portu adoramus ob amatae Crucifixae  
quoniam regis regnumque tuum habemus et teum habemus regnumque tuum  
in eis. Et cum dicitur. <sup>Et</sup> Tu eras illam nos proponimus  
hunc fortitudo nostra Dicitur Cippiano. ne me iuste Marti  
victus O alien saluus nisi crucifixus et nascitur ex mortali corpore  
intra muri vellet. Propterea est iste corpus  
ille cuius me tomula spartina dicitur tradidit filius  
io tele gratias Corvus nota. Corvus campi fructuum reficit  
ipso.

q. no fit

m? per ius ip



